

Difficile nanq̄ est diuitem intrare in regnū celoz. Beati ergo illi censendi sunt qui mūdi voluptatibus illudentes. cunctas diuicias eius forti animo contempserūt: qui cenobiū ingressi. salutare dñi cū silencio et patientia expectant. De quibus dñs dicit. Qui reliquerit patrē aut matrem. fratres aut sorores. domos aut agros. propter nomen meū: centuplum accipiet: et vitā eternā possidebit. Magna dei nostri promissio: sed maxima et omni desiderio concupiscenda possessio. Facile contemnit omnia: qui huius promissionis donū. nusquā obliuiscitur. Ecce fratres mei eduxit nos iam de egipto gratia dei vocans de mundo ad sanctū ordinem: curandū nobis est et omni studio laborandū: ut p̄ desertū huius vite ambulātes: viā trium votoꝝ substantialium nullo vnq̄ tempore deseramus. Iter em̄ salutis nostre ad terram promissionis: est obseruantia mandatoꝝ dei. ecclesie catholice. et ordinis. Si quis e nobis (quod absit) hanc viam ambulare contempserit: transgressor sui voti erit: et terrā sancte promissionis non videbit.

Carmen Rutgeri Sycambri in librū Reuerendi dñi Johannis trithemij abbatis de proprietate monachorum.

Hunc percurrere librū si vincla monastica stringūt

¶ Nam propriū vicium duriter ense ferit

¶ Faminiis ense loquor scripti quoq̄: colligit omnes

¶ Cires: impulsa ut concidat ip̄a lues

¶ Adducit veterū veneranda scripta viroz

¶ Quis propriū vitam comprobat esse lucem

¶ Et scriptura sacra vetat omnem proprietatem

¶ Voti constrictis religione pij

¶ Quineriam cunctis monachis ius proprietatis

¶ Omnia diuina (perlege) iura negant

¶ Hoc motus vicio veterū trithemius abbas

¶ Normas perspexit et pia iussa patrum